

gula singulis. Et hoc primo, nam inquam plurimis iuris Canonici partibus, & capitibus Sacri Concilii Tridentini, fit metus sim pliciter Ordinarij, & nihilominus certissimum est intelligendum fore de Ordinario loci nec ullus unquam dubitanit, nec dubitare potest de hoc, quia in dubio Ordinarius loci est, qui aliquid facere debet, non vero Ordinarius alterius loci. Solis enim Apostolis uniuersum terrarum Orbem ad praedicandum suum Euā gelium & salutiferis preceptis imbuedendi Dominus Iesus tradidit, iuxta illud Marcii ultimum. Euntes in uniuersum mundum, praedicate Euangelium omni creature. Et Luce. 10. Missit discipulos suos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Et ad Apostolos, Ioannis 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis, retentia erunt: quilibet enim principatum habuit à Deo sibi decretum magnæ Provincie vel Regni, ut refert Chassaneus in Catalogo glorie mundi, 3. par. cōsideratione. 29. &. 30. vbi Principatum & Provinciam uniuscuiusq; commemorat. Nihilominus ex traditione Ecclesiæ habemus qd; Apostoli post

Passio